



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Illvstrivm Scriptorvm Religionis Societatis Iesv Catalogvs

Ribadeneyra, Pedro de

Antverpiæ, M. DC. VIII.

Z.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68452](#)

num agens circiter LXV. Scripsit præclarè materna lingua, quæ & Latinè conuersa Coloniæ Agrippinæ exierunt,

De Vita, Passione, & Resurrectione DOMINI Tomos tres; in quibus præcipua eius mysteria explcantur, & modus ea meditandi traditur.

De Vita Beatisimæ Virginis MARIAE, Ioannis Baptiste, & Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum in communi, Tomum unum.

Meditationum in Euangelia, quæ Dominicis diebus leguntur in Missa, Tom. I.

De sacramento Pœnitentia, cum examine generali ad confessionem generalem, lib. I.

Z.

ZA CHARTAS ROTH, natione Belga, patria Flander, diligens concionator & copiosus, zeloque promouendæ diuinæ pietatis ardens, in castris Frisiæ militibus operam consolando dans extinctus est. Scripsit in Eburonum agro,

Catechismi lectiones XII. cùm Gallicè, tum Belgicè.

PETRVS RIBADENEIRA, natione Hispanus, patria Toletanus, omnium totius Societatis IESU minimus atque indignissimus filius, anno salutis M. D. XL. die XVIII. mensis Septembris, ad Societatem nostram tunc nascentem, & nondum à Sede Apostolica confirmatam, Romæ singulari Dei beneficio puer adductus sum, & à B. P. nostro IGNATIO admissus, & multis ac magnis perfunctus labori-

boribus, scripsi ad hunc usque annum M.DC.V. que
sequuntur:

*De Vita B.P. N. IGNATII Societatis auctoris,
tum Latinè, tum Hispánicè, lib. v.*

*Alteram item eiusdem B.P. vitam breviorem, sed
multis ac nouis miraculis illustratam.*

*De Vita P. Iacobi Lainez Secundi Præpositi Gene-
ralis lib. i i. Hispánicè.*

*De Vita P. Francisci Borgiæ Tertiij Præpositi Ge-
neralis lib. i v. item Hispánicè.*

De schismate Anglicano lib. i i i.

De tribulatione priuata & publica lib. i i.

*De Principe Christiano aduersus Machianellum
& Politicos lib. i i.*

*De Vitis Sanctorum omnium qui per totum annum
ab Ecclesia Romana celebrantur, quorumque in Bre-
uiario fit commemoration, Tomos i i.*

*De Vitis Sanctorum extra ordinem Breuiarij, quos
propterea extra uagantes appellant, Tom. i. Item,*

Officia propria Sanctorum Ecclesiae Toletanae.

De Instituto Societatis IESV lib. i. Item,

Manuale Orationū in usum pie precandi collectum.

*Libellum aureum Alberti Magni de Virtutibus,
qui Paradisus animæ inscribitur, è Latino Hispa-
num feci, & Orationibus ad singulas virtutes pe-
tendas locupletaui.*

*Confessionum, Meditationum, Soliloquiorum, &
Manualis D. Augustini libros, meæ linguae homi-
nibus dedi.*

Denique hunc ipsum

*De Scriptoribvs nostræ Societatis Tra-
Etatum ad finem Dei gratia adspirante perduxī, hoc
ipso die quo lætissimæ omnium Sanctorum Feriæ*

M 3 cele-

182 CATALOGVS SCRIPTORVM SOC. IESV.
celebrantur , quique mihi vitæ initium fuit , &
LXXXIX. annis expletis LXX. ætatis ingredior. Deo
Opt. Max. vite & omnium bonorum auctori, eius-
que matri Beatissimæ Virgini MARIAE, & ipsis San-
ctis , atque cælitibus cunctis , sit laus , honor , gra-
tiarum actio , & iubilatio in sœcula sœculorum.

A M E N.



CEN-